



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXIX. De Armis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

col. de treuga & Pac. Jus. in l. duobus. §. Si ei. col. de jurejur. secus videtur de jure civili dicendum in iudice ordinario, ubi idem qui nulliter sententiam dixit, iterum judicare potest vel ejus successor. l. i. C. de sent. & interloc. l. 6. C. Quomodo & quando iudex. l. 4. C. de accusat.

IV.

Arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta. l. ff. de arb.

Ab hac regula 31. fallentias not. Socin. reg. 27.

V.

ARBITRIO iudicis relinquitur quod in Jure definitum non est, l. i. §. ult. ff. de jure deliber. l. in venditione §. 3. §. 5. de bon. auct. or. Jud. possid. C. de causis 4. §. 1. de officio deleg. (text. eleg. in l. i. C. divor. factio l. 13. §. 1. de ann. leg. Carpoz. cum alleg. 2. conf. 6. num. 16.) Corraf. lib. 4. Miscel. cap. 12. num. 5. cum seqq. Neviz. in sylva nupt. lib. 5. num. 74. Menoch. de arbitrar. lib. 1. in proem. num. 5. & quæst. 14. num. 3. cum seqq. Monet. de distrib. quottid. p. 3. quæst. 10. num. 4. ubi num. 5. subdit, locum id habere non modò in Jure scripto, sed & in non scripto, & in consuetudine; & num. 7. addit, id locum obtinere etiam quoad pœnam. (l. i. §. 1. de Effra. Non tamen ista pœna ad mortem usque extendenda, nisi in delictis morte dignis, Wesenb. Parat. de Acq. Rev. dom. num. 7. in fin. & ad Leg. Cornel. de sicar. num. 16. In quibus tamen ipsis pœnæ legibus esse debent mitiores, Wesenb. d. loc. add. Caropz. in tr. crim. p. 2. q. 69. num. 27. & ibid. cit. aliquando tamen possunt esse graviores, l. 28. §. ult. de pœn. Carpoz. p. 4. Constit. 37. definit. 2.)

VI.

ARBITRIUM regulatur à Jure, l. 1. de usur. cap. judicet 4. caus. 3. quæst. 7. Rot. decis. 26. num. 6. & decis. 609. & num. 1. & decis. 698. num. 1. apud Farin. p. 2. recent. Carpoz. in tr. crim. p. 3. quæst. 120. num. 4. Nam ubicunque aliquid committitur per verba denotantia arbitrium boni viri, ille tenetur servare omnes regulas Juris communis, Alex. cons. 33. num. 3. lib. 1. Socin. jun. cons. 49. num. 16. lib. 2. Cravet. cons. 612. num. 11. & cons. 657. n. 56. Menoch. consil. 69. n. 4. & 5. Card. Tusch. practie. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 470. num. 2. Unde est, ut, si iudici permittatur secundum liberum arbitrium procedere, arbitrium debeat esse regulatum secundum jus commune & æquitatem, textus elegans est in l. 30. de op. libert. add. Cagnol. in l. generaliter 78. de R. I. Alex. 5. cons. 118. num. 1. Natt. 1. consil. 155. Ferr. in for. lib. in act. real. vers. summarie num. 16. & ibi in addit.)

VII.

ARBITRIUM simplex licet reguletur à Jure, & secundum arbitrium boni viri, tamen quando dicitur plenum, seu liberum, tunc importat liberam facultatem, Bart. extravag. ad reprimendam, in verb. videbitur. num. 3. vers. item ubicunque, quem refert Card. Tusch. dict. lit. A. conclus. 476. num. 1. Menoch. de arbit. quæst. 6. lib. 1. (nec enim necessitatem imponit lex, quæ arbitrio alicujus committit, Myns. 3. obs. 28. Nic. Boër. decis. 344. num. 8. post princ. Felin. in cap. 6. extr. de præscript.) Quando & quibus verbis à lege, vel ab homine arbitrium liberum seu regulatum iudici concessum dicatur, vide Aym. cons. 190. num. 5. Mathesil sing. 15. Duen. reg. 788. Benintend. Bonon. decis. 31. Seraphin. de privil. Juram. privileg. 132. num. 13. & num. 81. cum seqq. Osasch. Pedem. decis. 11. num. 9. Roland. cons. 62. num. 18. cum seqq. & lib. 1. cons. 59. num. 32. cum seqq. lib. 2. & cons. 55. num. 15. & à num. 47. lib. 3. Lancelot. de attent. cap. 12. limit. 10. n. 8. 11. & 15. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 7. 8. 9. & 37.

CAP. LXXVII.

De locis Argumentorum hic foret agendum, nisi in specie pertineret ad Topicam Juris, ubi de hac materia tractabimus.

CAP. LXXVIII.
De Argento & Auro.

Axioma I.

Aurum & Argentum habet Ecclesia, non ut servet, sed ut eroget & subveniat in necessitatibus, cap. aurum 70. c. 12. q. 2.

II.

Pro argento rectè solvitur aurum. l. 1. C. de arg. pret. lib. 10.

III.

Aurum Barbaris subtiliter auferendum, l. 2. C. de commerc. & mercat. nec evehendum extra Imperii fines, ad hanc rem vid. eleg. locum in Carpoz. ad Leg. Reg. cap. 8. sect. 9. num. 1. 2. 3. 4. 5.

CAP. LXXIX.
De Armis.

Axioma I.

Arma magis quàm jura milites scire oportet, l. scimus 22. in princ. C. de jur. delib.

II.

Arma portare regulariter prohibitum cap. Clerici 2. de vit. & bon. cler. Novell. de armis 85. c. pen. plures fallentias vid. in tom. Reg. Jur. Francof. sub voce Arma. nam qui arma fert, statim mali animi esse præsumitur, Menoch. conf.

conf. 175. num. 8. defensionis tamen causa portare licet *l. i. C. unde vi. armis enim arma repellere licet. l. i. §. vim vi. de vi & vi arm.*

III.

Arma & leges fraternizant: *Arg. l. Advocati 14. C. de Advocat. div. jud. nam arma legibus indigent, & leges armis. l. i. in pr. C. de Nov. Cod. fac.*

IV.

Arma foeminarum sunt lacruma, *l. i. §. juxta hoc 28. ad SC. Syll.*

CAP. LXXX.
De Arrha.

Arrha probat contractum saltem per bonam presumptionem *l. 35. ff. de C. E.* Unde est, quod subarrhatio per desponsationis annulum sponsalia quidem non faciat, verè tamen contracta probet, *cap. tenor 10. extr. de sent. & rejud. Et per millionem annuli in digitum mulieris presumi dicatur contractum matrimonium per verba de presenti, nisi contrarium probetur. cap. nostrates. 3. cap. femina 7. caus. 30. quest. 5. Matth. Col. 2. decis. 30. Carpz. p. 4. Const. 20. def. 8.*

CAP. LXXXI.
De Arrogantia.

Axioma I.

Nefandorum hominum arrogantia modis omnibus comprimi debet. *l. un. C. de priv. carcer.*

II.

Arrogantiam esse stultorum proprium. *Weisse Leute erkennen, daß ihre Weisheit nichts sey: Narren wissen alles, und können nicht irren. Lutherus pro verb. 30. n. 2. in not. marg.*

CAP. LXXXII.
De Arte & Artificibus.

Axioma I.

Cuilibet in sua arte credendum.

Fundatur hæc regula in *l. i. §. i. de vent. inspic. l. nemini n. §. i. C. de Advocat. div. jud. Gail. 2. Observ. iii. num. 8. l. septimo 12. de stat. hom. Belold. i. conf. 19. num. 64. Unde quid quid artifices in sua arte judicant, firmum inconcussumque manere debet. N. 7. c. 3. §. seire autem Emphyteutis 2. Anton. Thef. decis. 25. nu. 2. Pinell. de resc. vend. p. 3. c. 4. num. 6. Berlich. p. 1. conclus. 59. n. 35. Hoc tamen tum demum verum est, si jura verunt, *l. 20. §. omnes autem. C. de fid. instr. l. 6. §. hic illud. vers. mobilium C. de secund. nupt. Carpz. p. 1. const. 26. def. 5. & p. 4. const. 33. def. 5. maxime veritatis, nam quando credulitatis tantum juravere, de qua re vid. Gail. 2. Observat. iii. num. 13. & seqq. (adde omnino Mynsing. 6. O. 35.) non videtur transire eorum arbitrium in rem. jud. cap. fraternitatis ubi gl. in verb. per errorem. extr. de frigid. & malef. Gail. d. Obs. num. 16.**

II.

Artes mechanice nobilitati non conveniunt, Anton. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 28. def. 18. num. 1. 2. imò nobilitas amittitur, quotiens nobilis utitur vilibus artibus & mechanicis. Tiraqvel. de

Nob. c. 27. Bald. ad l. 3. C. de comm. & merc. Fab. d. lo. Carpz. p. 2. const. 6. def. 4.

III.

Artificibus & opificibus carere nequit Respublica, ideo sedulo principes in id anniti debet, ut suas civitates insignibus magistris reddant celebres. De hoc axioma prolixius differentem vide Carpz. 1. conf. 47. num. 1. 5. & seqq. usque ad n. 7.

IV.

Officio alieno nullus artifex uti debet: ratio est, ne officia turbentur. *l. consulta 23. ibi. Absurdum est si promiscuis artibus rerum turbentur officia, & aliis creditum aliis subtrahat, C. de testam. l. quicumque 2. C. de execut. & exat. 12. cap. singula. 61. de sint. 89. exemplum est in Fabricensibus l. 3. C. de Fabricensibus lib. 9. Qvin & puniendus venit, qui alterius officio sese immiscet, prout videre est apud Carpz. d. lo. n. 9. & 10.*

V.

Artis imperitis de ea judicare nequit. Menoch. conf. 680. num. 7. cum plerumque tot ejus hostes sint, quot ignorantes. Spec de Adv. lib. 1. p. 4. n. 27.

VI.

Omne artificium continua exercitatione recipit incrementum, *l. 65. §. 3. ff. de leg. 3.*

VII.

Magnum inter artifices discrimen est & ingenii & doctrina, *l. inter artifices 31. de solut. l. si non sort. m. 26. §. libertus 12. ubi Dd. de cond. indeb. Cujac ad l. un. §. pro secundo 4. C. de cad. toll.* Hoc tamen non impedit, quo minus duo artifices ejusdemque peritiæ duo correi fiant, *l. 5. de duob. reis. ubi Wesenb. num. 5.*

VIII.

ARS imitatur naturam in quantum potest *§. minorem 4. Inst. de adoptionib. 9. Menoch. de presumptionibus lib. 4. pref. 9. num. 22.* Unde arte non conceditur, quod naturaliter denegatur, *l. ubi pugnancia 188. §. 1. ff. de regulis juris.* Quia natura omni arte potentior est, Tiraqvel. de retract. lig. §. i. gloss. 11. num. 29. Marc. Mantu. consil. 20. Ff. scripturis. n. 2. volum. 1. prout eos refert Fusc. lit. A. sing. 26. (Richter regul. §. p. 10.)

IX.

ARS & natura nihil faciunt frustra, *l. qui bis idem 18. ff. de verb. obligat. l. non cogendum 45. ff. de procuratorib. l. hæc stipulatio 14. §. Divus. ff. ut leg. seu fideicom. nomine caveatur §. minorem 4. Inst. de adoption. Arist. lib. 2. Physi. quest. 1. & lib. 2. de Cælo text. 59. & lib. 3. de Animal. ext. 45. cum citatis per Brunor. à Sole in locis communib. verb. Natura. Et natura quod non deficiat in necessariis, neq; abundet in superfluis, dicit Aristoteles dict. libr. 3. de Anima, caps.*

CAP.